Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

33

loco. ibi sibi fecit umbraculum aesti
uas ad declinandas auras. Factum
est in una dierum ut quidam rusticus
pre ibi pasceret porcos. Qui audiens
a dicentibus quam obrem uir sanctus ibi
maneret in desertis locis. uenit ad eum
poplitibus flexis humilians se ante illum
dicens. Est locus hic superius pre senior
dilecte: quem ob confluentiam aquarum
duarum uocant gamundum. in quo si
dei uoluntas est et tua pulchra potes
habere castra. Vir ergo sanctus ilico surgens
in locum sibi predestinatum secutus est
subulcum. ibique inuenit uenatorem pre
dicti weinharii amata mappulia.
Et illa peragrans ymnos dauiticos
modulando uersusque cantando. hec re
quies mea in seculum seculi. hic habitabo
quoniam elegi eam. peruenit ad taberna
culum in quo iacere solebant canes pre
dicti senioris. Conuersus ad uiuifica
torem suum. subridens inquit. Tu facias
as quod uelis. hic me scias deo uolen
te uitam meam ducere. donec tuba
herilis clangat ab alto atque defuncti
resurgant cuncti. et nos eternam ob
uiam xpo domino. Deinde omni spurci
cia de supra dicto domicula ablata
uirgis planis atque politis cemento
obducto. pulchrum ibi tabernaculum pre
parari precepit. facto intus altari in
honore dei genitricis marie sanctificando
benedixit omnipotenti deo edificatum habitacu
lum. Post autem hec facta sunt atque alia
habitacula quam plurima ad commoda
sua et aliorum secum conuersandum edificabat
ibi et sua habitacio in breui tempore
illic erat pulcherrima. plus quoque circum
habitans hec audiens nec non ex aliis
prouinciis illum querere supplice cepit.

Factum est enim ut multitudo populi un
dique ad eum confluxeret. sacre confirmatio
nis rogans manus impositionem. Beatus
uir sanctus Pirminius cernens maximam
multitudinem ad se uenientem. et locum
artum atque incultum. quia aque eum utrique
parte stringebant. et ob feminarum serui
cium in aliis locis ab eo factis prohibebat
ingressum. ne consuetudo inde feminis
oriretur illuc frequenter ueniendi. Ad mini
sterium sanctum agendum remeauit ad priora
habitacula. In arboribus ergo exortis usque
in hodiernum diem parent signa impressa.
que illis diebus fuere facta. In predic
tum locum itaque ut diximus conuenit ubertima
turba gentium sexus. Cuique sacre predi
cationis uerba finiuit. sancte manus imposi
tionis misterium perfice agebat. Tanta
illic multitudo plebis erat. ut ampul
lis exhaustis sancti deficeret oleum. Quod
uidens sanctus Pirminius. curre inquit mi
nistro uelocissime ad monasterium plus no
bis allaturus de oleo sancto. Ille uolens eius
iussa implere. ampullas apprehendens. ex
intuens in eas. uidit eas oleo sancto reple
tas. Manum ergo omnipotentie diuine per incre
mentum inuisibilis crismatis ostendit
quod uiuifica sancti unctio per manus tanti sacer
dotis inuisibiliter emanauit. Nunc
ampullarum portitor gaudio repletus.
recurrit ad eum. pedibusque illius prouolu
tus ait. Non est necesse senior dilec
tissime ad cenobium reuerti. quia lecitu
cuncti oleo sancto inuenti sunt referti. Quod
uidens sanctus Pirminius dei cultor. gratias
inquit tibi ago omnipotens deus. qui quondam
in heremo innumerabile uulgus in spiritu
aquis tua uirtute saciasti. Nunc uero
simili modo letificasti populum expectate
dona mirarum tuarum. ut sciant omnes quia